

Redditus publica fidei literis Ordini Prussie
gratiam R^{ae} M^{ttis} detulerunt, deinde in eum
sensum propositio peracta est.

R^{ae} M^{ttis} Dⁿⁱ nostri clementer in nata benignitas atq^{ue} sollicitudo de
commodis subditorum R^{ae} M^{ttis} et V^{ra} sapienter testata R^{ae} M^{ttis}
observantia fides et debitum erga Directum Dominum Studium facit
ut R^{ae} M^{ttis} antequam possessionem & administrationem Ducatus de
creverit Illmo Electori V^{ris} Amplissimi Ordines immunitatibus juribus
privilegiis laudabilibus consuetudinibus prerogativis et indemnitate
ita cautum et provisum cupiat, ut nil sit reliquum quo ipsius M^{ttis}
verè paterna sollicitudo non manifestè appareat, et à nobis quippiam
desiderari possit. Et ideo et vos ad hunc Conventum convocari
voluit R^{ae} M^{ttis} et nos ad eundem conventum plenis cum mandatis
ablegavit, ut de Statu praesenti hujus Ducatus cognoscimus, quibus omnibus
quorum superius mentio facta est, debite caveamus, in quibus pra
fortiorum temporum incuria M^{ttis} R^{ae} Secretis, Commissionibus, Re
cessibus mandatis, ipsius, pactis feodalibus non sit satis factum probe
nitelligamus, earum omnia & singula ad debitum ordinem et executionem
pro juris et aequitatis ratione reducamus iuxta Reverentes literas V^{ras}
quibus R^{ae} M^{ttis} et Regno curam et executionem tanquam Supremis &
Directis Dominis tam preciosi signorum delegastis. Quamobrem
Amplius V^{ra} optimam hanc R^{ae} ipsius M^{ttis} Dⁿⁱ nostri clementer
erga ipsas voluntatem grato animo suscipiens et de omnibus ea fide
et studio, quam Sacerdotus R^{ae} M^{ttis} probaverunt, nobiscum agens
earum quae terra vestra concernunt, quae ad bonum hujus Ducatus viderentur,
ferre viderentur, promptè et sincerrè in medium proferent, atq^{ue} ad
R^{ae} M^{ttis} voluntatem libenter suam adjungent studium. Nos
autem in eam incumbens curam, ut pro nostra erga R^{ae} M^{ttis}
fidei demandata nobis provincia omni diligentia pro bono hujus

Ducatus et vestrorum Commodorum studio fungamur. Qua autem
de reliquo à Sa Mte in mandatis habemus alio commodiori tempore
Amplis Vris referemus.

Commissionis Litterae

Sigismundus 3. Dei gratia Rex.

Significamus presentibus literis nostris, quorum interest uniuersis &
singulis maxime autem Magis Gno'sis Nobilibus Spectabilibus &
Famatis Ducatus Prussiae Consiliarijs Ordinibus et Statibus. Quod
nos pro nostra sollicitudine Commodis et immunitatibus Statuum et
Ordinum atque ipsis rationibus Ducatus Prussiae providere cupientes,
antequam possessionem Feudi Ducatus Prussiae Illmo Principi
Dno Georgio Wilhelmo 5. Rom. Imperij Archicamerario et Electori
Marchioni Brandeburgensi in Prussiae Duci cognato nostro decer-
neremus pro more et instituto certos Commissarios nostros depu-
tandos designandosque decreuimus, prout quidem designamus et de-
legamus Gnosos Lucam Siera Lowsky Castellanus Landensem
Venerabilem Christophorum Carolum de Kadranowo Niszezycky
Archidiaconum Plocen' Majoris Cancellariae Regentem, Jacobum
Szepansky Succamerarium Culmen' Graudentinen' Mirachouien'
Capitaneum Camerae nostrae Cubicularium Stephanum Sadorsky,
Secretarios nostros Syneri et Fictio nobis Dilectos, iisdemque unig
uel alterius absentia non obstante plenam et commodam faculta-
tem tribuimus Querelas Ordinum cognoscendi, controversias audiendi
factorum feudaliu' integritati consulendi, decisiones facienda,
recessus praeteritos et Decreta nostra exequendi, officia vacantia
et quibus ex praescripto iuris promissum non sit ad nostramque ea
deuoluta sunt collationem, conferendi, et quae nostra statu eis
instructis concedit et injungit tam publice cum uniuersis Or-
dinibus quam priuatiu' cum omnibus et singulis tractanda, atque